vt negligentia, Grave proximo eventura damnum, vt eveniendo talibus
defectibus. quia inconsideratio, et inadvertentia, quibus infectur,
possunt, et debent omnes. Quæstio III

de libero

Quæritur 1o Quid et quotuplex sit libertas?

Libertas in genere, est immunitas a servitute, et præcipue dividitur
in libertatem a coactione, seu spontaneitatis, quæ est immunitas ab
omni violentia contra voluntatis propensionem, ab extrinseca illata;
ut amor beatorum, et in libertatem a necessitate simplici, quæ
etiam electionis, et indifferentiæ seu arbitrii dicitur, est potentia
activa, quæ positis omnibus ad agendum requisitis potest se agere,
vt non agere, vt ponere contrarium, aut quid aliud non oppositum. Unde
Libertas indifferentiæ triplex est. nempe contradictionis, vt exercitii,
quæ est potentia agendi vt non agendi, ut amandi, vt non amandi, et
contrarietatis seu specificationis, quæ est potentia agendi vt pa-
riendi contrarium, ut amandi vt odio habendi, et disparitatis, quæ
est potentia hæc, vt illud agendi, sed in contrarium, ut amandi, vt ha-
bendi, non vt odio habendi j Sola libertas contradictionis et
specificationis, non vero contrarietatis vt disparitatis.

Quæritur 1° Quid et quotuplex sit necessitas?

R. Necessitas opponitur libertati, et est determinatio ad unum, alia est antecedens, seu absoluta, quæ rationis, ac voluntatis usum antecedit, quæ etiam consequentis dicitur; Alia consequens, quæ liberam voluntatis determinationem sequit. quæ etiam necessitas consequentiæ vocatur. Alia specificationis, quæ determinat voluntatem ad unum, ita ut non possit velle oppositum, v.g. ad bonum, ita ut non possit velle malum; & alia exercitii. quæ determinat voluntatem ad actum, itaut ab eo non possit abstinere. Alia Physica, quæ determinat voluntatem ad unum, itaut hic, et nunc non possit velle aliud. Alia moralis, quæ determinat voluntatem ad unum, ita ut sine magna difficultate non possit velle aliud; ubi est inveterata consuetudo.

Quæritur 2° Qualis detur in homine libertas?

Dico. Patet in homine, etiam in statu naturæ lapso, vera libertas ad bonum et malum, non solum ab coactione, sed etiam a necessitate simplici, quæ etiam ad merendum, et demerendum in eodem statu naturæ lapsæ requiritur, nec sufficit libertas a coactione: ita fides docet contra Lutherum, et Danes, potentia tamen peccandi ex libertate contrariorum non est de essentia, quia Deus fuit essentialiter Ens, et tamen impeccabilis; quia pertinet autem ad statum hominis juvati, et viatoris, quia ante hominem vita, mors, bonum, et malum, quod placuerit ei, Posuit ille, Eccl. 15. Ne voluntas necessario sequatur judicium intellectus practice practicum, alias non esset libera, positis omnibus ad agendum requisitis.

Quæstio Quarta
de Moralitate actuum Humanorum

Quæritur 1° quid et quotuplex sit moralitas actuum Humanorum?

Ad 1um Moralitas actuum humanorum est directibilitas actus liberi ad suam regulam, actus vero moralis est actus humanus conformis, vel deformis regulæ morum, et est triplex. Species moralitatis: videlicet 1a bonitas, quæ est conformitas actus cum regulis morum quo ad objectum, finem, et circumstantias. 2a Malitia, quæ est deformitas actus cum iisdem regulis morum, quoad objectum, vel quoad finem, vel quoad circumstantias, ita ut si deficiat in uno, malus sit, juxta illud Beati Dionisii axioma: Bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu. 3a Indifferentia, quæ est actus nec bonus nec malus moraliter, vel in specie, id est in ordine ad objectum spectatus, seu in circuitu, id est in ordine ad finem, et circumstantias consideratus.

Quæritur 2o Quid et quot sint Species moralitatis?

Ad 1um Species moralitatis sunt id, a quo actus bonus aut malus dicitur. Alia sunt intrinseca: videlicet objectum, finis et circumstantia. Alia extrinseca, quæ regula moralitatis dicuntur: et sunt natura Rationalis, prout Rationalis est lex æterna, lex naturalis, recta ratio et Conscientia. Natura Rationalis, prout rationalis est, Ipsa est natura, prout est intellectiva, volitiva, et libera: Lex æterna est Ipsa voluntas Dei, qua aliquid amabile vult fieri, aut omitti: lex naturalis est Ipsa lex æterna, prout nobis per rectam rationem intimata, et promulgata est: Recta ratio est judicium intellectus, a cognitione legis æterna non derivatum, dictans in communi, quid bonum, aut malum sit: quatenus autem cuique, consideratis omnibus circumstantiis in particulari dictat, quid agendum sit, Conscientia dicitur, de qua infra.

Quæritur 3o Quid sit objectum, finis et circumstantia?

Ad 1um Objectum dicitur primum pro eo, quod primario, et per se actui ut sic vel ut finis, ac circumstantias distinguit, et præ concipi secundo

Sunum esse Physicum, scilicet secundum se, materialiter consideratum
v secundum sunum esse morale, id est, prout est conforme v deforme re-
lis morum: 2o ex suis finis e id. cujus gratia aliquid fit, et e duplex:
alius enim e intrinsecus seu operis, inquem opus tendit, et natura sua
sit finis elemosina est, sublevatio pauperis: alius extrinsecus, seu
operantis, quem operans sibi proponit, v.g. Satisfactionem propeccatis.
per Elemosinam; 3o Circumstantia definitur a Sto Thoma accidens
actum humanum circumstans: alia est Speciem mutans, qua novam
actui adit Speciem, quod fit in duplici casu, 1o quando actus circuit ali-
quam circumstantiam, opponitur alieni virtuti, v precepto, cui sine illa non
opponeret. ut occisio fures in Ecclesia facta: 2o quando actus eidem virtuti
v precepto ex circumstantiam quidem opponitur, sed diverso modo sit
formalitia sacerdotis in Ecclesia operatur rationi circumstantie personae
et loci diverso modo Religioni, et pietati e peccatum: alia e aggravans,
v minuens, qua malitiam actus augel, v minuit in eadem Specie peccati
mortalis, si enim circumstantia fiat mortale, mutat Speciem duntaxat
Theologice: seu demeritorie; sit furtum maioris v minoris quantitatis.
Circumstantia alia e formalis, qua se tenet ex parte actus, ut intensio,
duratio &c: alia objectiva, qua se tenet ex parte objecti, tales si
circumstantia persone, rei, modi, finis modi, et temporis qua hoc
versu continentur:

Quis quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo quando.

denotat personam, ut sit conjugata, v consanguinea, cum qua quis
actum? 2o Quid: denotat qualitatem v quantitatem rei, an furto
data sit sacra, v notabilis?

3o Ubi denotat qualitatem Loci. an sit Sacer, v Carnificium, in quo homines
dum e comitium, ?
4 Quibus auctus? Denotat media et instrumenta, an operis demonid, v re
sacra usus sit, ad peccandum? 5. circ. Denotat finem, de quo supra.
6o Quomodo. Denotat modum an viriem, v virginem rapuerit?
7o Quando. denotat durationem v qualitatem temporis an in die festo, v per
notabile tempus in Missa fuerit voluntarie dimittus?

Quaeritur 4. An dentur actus indifferentes?

Dico. Dantur actus Super naturaliter indifferentes. Gerardus et alii contra alios
quia nullum datur praeceptum referendi omnes omnino actus in finem Super
naturalem, alias omnes actus infidelium, et opera tantum moraliter bona
essent peccata, quod dam natum e a Gregorio 13o contra Michaelem Bajum,
et Jansenium; sed nisi cum Salmur. velis dicere, in bono honesto, rationem in
Deum virtualiter. Contineri, dantur eam actus indifferentes moraliter in Spe-
cie, id e quo ad objectum, quia datur objectum in se indifferens, ut ambu-
lare, v autem dantur actus indifferentes, in individuo, quia homo
tenetur, omnes suos actus referre ad finem honestum, cum teneatur
agere ut homo, ut differat a bruto, ejuncta ecigentiam Naturae suae
rationalis. qui finis honestus e, ne liceat ei agere, propter bonum delec-
tabile mere creatum. Jno 1o in Formatione propositionis 6 etq.
ac proinde propter finem honestum, cum utile v finalis est.

Quaeritur 5o Quenam sit primaria et radicalis bonitas ac malitia de
bico Primaria, et radicalis bonitatis, ac malitia regula 3a, Natura ratio-
nalis, ut rationalis ej; quia ideo Lex aeterna, et alia regula aliquid
prohibent, vg: fornicationem, et matrimonium permittunt; quia forni-
. disconvenit Naturae rationali, ut rationalis e, et matrimonium
venit Naturae rationali, ut rationalis e. Lex v aeterna, lex natu-
recta ratio, ac conscientia, Secundaria sunt recta moralitatis

quarum proximae consentiat, quia proxime et immediate alias regulas ad actum applicat.

Secundus 2o. Unde deducimatur primaria intrinseca, et specifica actus humanus humanitas?

Dico. 1o primariò intrinseca et specifica humanum actum moralitas desumitur ab objecto 2dò Suum esse morale spectato prout conforme v difforme naturae rationali, ejusque actui proprium et debitum per objecta specie differens.

Unde desumat actus indifferens v ex objecto bonus v malus 2dò non v non moralitate?

Dico. actus humanus ex objecto indifferens sumit bonitatem specificam, aut malitiam a fine bono v malo agentis et circumstantiis; actus v ex objecto bonus, v malus novam speciei aquirit bonitatem, v malitiam accidentalem a fine operantis, si species differat a bonitate, et malitia objecti, et a circumstantiis speciei mutantibus, a circumstantiis v aggravantibus bonitas diminuitur, aut malitia augmentum v diminutionem in ratione speciei quia actus aquirit per finem, et circumstantias, species mutantes, non speciem mutantes distinguitam, et per aggraventes majorem saltem convenientiam v disconvenientiam ad regulas morum.

Tertius 3o Ambulatio ex objecto, indifferens propter salubritatem temperatae, et bona ratione, finis honesti; ob meram delectationem, v cum neglectu medio et malâ ratione finis inhonesti, et circumstantia tempo alium obligantis. 2o furtum adfornicandum, factum, praeter speciem ex objecto alt speciem fornicationis propter finem. 3 Sacerdos quand cum consanguinea incestata, praeter peccatum Luxuria commissum ratione circumstantiae personae sacrae, et adulterium ratione personae ligatae, et incestum ratione legis consanguinea

If auferens Calicem eam extra Ecclesiam ut in domo Sacristani vel alium
rem ad Ecclesiam perti. vel illius custodiæ traditam etia, ut per ea sit res
pensabilis. præter furtum committit Sacrilegium, ratione rei Sacræ vel
mjurie rei Ecclesiæ facte. 5o Homicidium vel est profano furtum in
Ecclesia vel cœmeterio factum, præterquam enim homini eripiatur, aliam habet
Sacrilegium, quia Sanctitati loci, specialiter repugnat: 6o Decipiens
Puellam filtro. præter peccatum luxuriæ committit superstitionem, propter
circumstantiam 7o auferens vi rem alienam ad merchandum,
præter furtum committit adulterium ratione finis et rapinam ratione
modi. 8o volumtarie distractus retardatur in missa die Dominica, præter
mirentiam ejus Sacrificium, peccat contra Ecclesiæ præcepta ratione
temporis per missam Sanctificandi et graviter ratione durationis illius
notabilis.

Quæritur 1o An actus ex objecto malus bono fine honestari vel ex objecto bonus
malo fine vel circumstantiis seu alio defectu vitiari possit?

Dico, actus ex objecto malus, nullo bono fine honestari potest; quia bonum
ex integra causa, licet ejus malitia possit honesto fini minui; quia minus
fit vel peccatum effectum, actus vo ex objecto bonus, ob finem pertatur et
venialiter malus totus vitiatur, quia malum exquolibet defectu
rei actus bonus imperari potest, ab actu malo, quia vel pt esse mala bona
finem facere, Matthei 6o licet sanctitatem, vel defectus venialiter
tantus malus actui bono adveniens, vel cum concomitans, vel totam ejus
deperit bonitatem; quia in actum vel influit, ut causa vel finis.

Hinc 1o peccat, qui mentitur ad salvandam innocentis vitam, licet finem sit bo
minus timen ille, qui ex levitate mentitur: 2o Jejunium, vel actio
gloriæ facta, et tota vita data, confessio, cujus omnes partes ex ea

vana gloria stimpecata est tota sacrilega: Et contra vō vana gloria
ieiunium ēt bonū pīe inceptū, adveniens leve tedium, vō negligentia
retinendum concomitans, nō totam utriusq; talium bonitatem. ac meritum
quia vana gloria, ut finis, corrumpit quoda actus, et interimit eum affectū
nō vō concomitantes tantum sed habendi, nec alii defectus.

Quæritur 9ō An actus eternus augeat bonitatem vō malitiam actus interni?
Dico. actus eternus non auget per se bonitatem, aut malitiam actus interni, ex
parte voluntatis efficacis, nec minuitur bonitas vō malitia, licet voluntas
impedita, ad opus nō prodeat eternum; quia actus eternus nullam habet
libertatem distinctam a libertate actus interni, que ē principium
moralitatis. Per solum aliquando per accidens auget, moralitatem actus
interni ratione scandali, majoris intensionis, diuturnitatis, vō difficultatis
superande, quibus actus internus simul augeti ideo excommunicatio
irregularitas, obligatio restitutionis, per solum actum internum, sine
externo nō in incrementum.

Quæritur 10ō Quomodo voluntas humana, ut sit bona debeat conformari
voluntati Divinæ?
Dico. Voluntas Humana ut sit bona ac recta, debet generaliter conformari
Divinæ voluntati; quia voluntas Divina est vera voluntatis Humanæ
regula. Non quidem semper in volito materiali, quod ipsa res a deo
vult; quia nemo tenetur velle, combustionem propriæ domus, famem
morbum &c. nisi voluntas Dei, circa materiale intrinsecum præcepti
vō prohibitionis, quia voluntas Dei præcipiens obligat ad volendum, et
faciendum, et prohibens ad nolendum, imo aliquando nec licet velle
Deum velle semper solum permissione, ut peccatum, vō quod Deus velit
rationes superiores, ut mortem propriī Parentis, Jacturam bonorum
temporalium, quia hæc Charitatis hoc prohibet.

Licet autem Debet conformari, valide conformabit. id est rationi Dei volendi, quia est bonum commune, totius Universi, prout ordinatur ad Ipsum Deum. et gloriam ipsius, quia voluntas humana, ut recta sit, debet velle bonum commune, et Divinum, ac proinde valitum a Deo, sub hac ratione ac formalitate, non prout est naturaliter spiritualiter et etiam corporaliter.

Tractatus IIus De Conscientia.

Nota Distilon.

Certa, perplexus dubiosque error probabiliorem.
Semper vagos scrupulos, et tutiora tenere

Quæst. 1o quid sit Conscientia? R. Conscientia est actus intellectus practici, dictantis, quid hic et nunc, spectatis omnibus circumstantiis faciendum, fugiendum, ut bonum, et omittendum ut malum. Differt a Synderesi, quæ versatur circa prima moralis principia, et a prudentia, quia ex primis principiis generalem dat regulam actionem. Conscientia vero utrumque dictamina ad actum particularem applicat. Sic v.g. Synderesis dictat: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, Prudentia inde deducit, ergo res aliena non retinenda, sicut nullam rem meam ab alio retineri: Conscientia vero ex utroque dictamine Synderesis, et prudentiæ in particulari practice concludit. ergo hanc rem meam, quam invenio in alieno retinere. Sed suum proprio Domino restituere.

Quæst. 2. Quotuplex sit Conscientia?

Resp. Conscientia dividit in veram, et erroneam, et incertam, et dubiam in scrupulosam, et latam in probabilem, et in probabilem. Conscientia vera est ea, quo dictat aliquid esse licitum, vel illicitum, quod revera tale est. Conscientia erronea, seu falsa est ea, quæ dictat aliquid esse licitum, vel illicitum quod revera non est. alia est invincibilis

Cujus error adhibita debita diligentia, depelli non potuit, nec debuit.
alia vincibiliter erronea, cujus error adhibita debita diligentia depelli potuit ac debuit; hæc est affectata, v exacta, pro ratione ignorantiæ, in qua fundatur. Conscientia certa, et Judicium firmum sine formidine falsi Rationali, circa bonitatem, aut malitiam actus, hic et nunc agendi. Certitudo est Triplex. nempe Metaphisica, seu absoluta, Subque non potest esse falsum, et quod nec per Deum aliter esse potest totum majus esse sua parte: v Res de fide. Physica, quæ secundum leges ordinarias aliter esse nequit, licet aliter esse possit; Supernaturaliter, vel combustio Steppo in igne, et Certitudo moralis, Subqua sine miracule potest subesse falsum, debita tamen et adhibita diligentia, qualem vafri suis in negotiis adhibere solent Sapientes, aut quod in Jure duobus testibus, v exhibito Baptismali probatur, Certitudo moralis Sufficit pro Conscientia certa. 2a

2do = Conscientia dubia, quo in proprie tantum Conscientia dicitur, et sua pro Judicio circa bonitatem, aut malitiam, hic et nunc agendi, v quia ex et nostra parte sunt rationes suadentes, et tum affirmativum v negativum ex neutra parte — rationes æque prædominantes, et hoc dicitur dubium prædictum.

Dubium ulterius dividitur in Dubium Juris, quo dubitatur, an aliquid sit præceptum, v an non sit et in dubium facti prout lex cum dubitat, an eam impleverit. Aliud est Speculativum, quando dubitatur de re, quæ pertinet ad mores, v de re pertinente ad mores. Sed dubitatur solum in communi, an sit licita, et dicitur dubium Speculativum; aliud est practice practicum, quo dubitatur aliqua actio, cum omnib circumstantiis hic et nunc sit vitanda: v.g: An hodie sit jejunandum,

3a

3º Conscientia Scrupulosa est ea, quae mens leviibus minis fundamentis cum anxietate Judicat, vtinet cum actione bona, v. indifferenti, sub ese malum. Scrupulus dupliciter sumit. 1º pro judicio de malitia actus, futilibus minus rationibus; 2º pro timore mali malitia cum Judicio absoluto, et practico de illicitate actus, jimeto:

Scrupulosus constetur, qui 1º contra communem timoratorum, et etiam confessarii Judicium inquietus, et 2º qui sapientum consilio v. nisi cum anxietate aquiescit. Qui confessionibus sinere factis semper aliquid defuisse credit. 4 qui varijs inquietatur cogitationibus contra fidem, castitatem &c licet n consentiat dolcat, nec velit. 5º qui leviibus et rationibus Judicium mutat. Psalmo, at versus repetit.

Causa scrupulorum intrinseca sunt: 1º Ignorantia. 2º Debilitas infirmitas. 3º Melancolia, 4 Fremidolosa complexio. 5º Superbia et nimius sui ipsius amor. Et extrinseca sunt. 1º Conversatio cum Scrupulosis. 2º Lectio librorum terribilia continentium. 3º astutia Demoni, ut ad bonum ineptos faciat. 4 Dei permissio.

Remedia sunt: 1º Cognoscere se Scrupulosum, et sed ad confessionem dubiorum, circumstantiarum, et integritatem materialem attendi. ut alia. 2º Scrupulis resistere: 3º caudas Scrupulorum amovere. 4 Confessarii consilium sequi. 5º aquiescere confessioni moraliter diligentia facta. 6º bene de Dei bonitate sentire: 7º orare et se humiliare. 8º Medicinam etiam corporalem adhibere, 9º cum Scrupulis n disputare:

4º Conscientia lata, est ea, qua mens evidentissimis rationibus, et quae cupiditati favoribus dictum ese putat, quod malum est, v. pro levi peccato habet, quod grave communiter reputatur.)

5 Conscientia probabilis est actus intellectus, qui ob motivum grave quamvis absolute falibile, Judicat actionem hic et nunc exercendam esse licitam v illicitam.

6a = Conscientia Improbabilis est actus, quo intellectus vb motivum nullius

7o v levis momenti Judicat, actionem esse licitam, v illicitam.

8o = Opinio probabilis, alia e intrinseca probabilis, que bona nititur ratione intrinseca, nec principijs Fidei, nec bonorum morum, nec alteri rationi manifeste contraria est. alia est probabilis extrinseca, que auctoritate Scripturæ traditionum, decisionum Ecclesiæ, v Doctorum melioris notæ ac temperate Conscientiæ nititur. Aliæ e probabilior, cujus rationes, et auctoritates præponderant. aliæ minus probabilis, cujus rationes et auctoritates minus præponderant. aliæ aque probabilis, cujus rationes, ac auctoritates si ejusdem ponderis. Opinio, alia e tuta, quæ removet a periculo peccandi; alia e minus tuta, quæ minus removet a periculo peccandi; alia tutior, quæ magis removet, a periculo peccandi. Alia favens legi, quæ declarat legem hic et nunc obligare, alia favens libertati, quæ eximit a lege.

9o = Auctores si Triplicis Classis, primo Classis sunt, SS Patres, ac Doctores Ecclesiæ. 2o Classes sunt. alii etiamsi pii, ac Docti, rarovo, nunq; in aliqua lacitate manifesta deprehendi; 3a Classis sunt. alii auctores quidem docti, ac cauti tamen viam Crucis minus latam facere conantes, pro Scientia probabili sufficit, author 1a = Classis. v 3es aut 4ae 2ae Classis, cum bona ratione, licet v convincente, si tot centem Doctorum majorem authoritatem, v Rationem manifestam v habeant. contra

Non ēo unus solum 2ª classis. ⁊ plures in quo augere numero 2ª classis. Si quæstio fit de laxitate ⁊ opinione facunte libertate Petri Gervasius:

1º Conscientia alius aliā obligans, quā dictat aliquid de præcepto esse faciendum, ⁊ fugiendum: alia consilens, quā dictat aliquid esse melius, et de consilio tantum omittendum, ⁊ faciendum: alia permittens, quā dictat aliquid nec præcipi, nec prohiberi. Sed permitti

Quæritur 2º Quænam Conscientia sit proxima bonitatis ⁊ malitiæ Regula?

Dico. Conscientia vera, ⁊ saltem moraliter certa est proxima bonitatis, ac malitiæ regula: ita ut nullus actus humanus sit moraliter bonus ⁊ malus, nisi Conscientia prævie dictet, dicere, ⁊ indicere, illum esse bonum ⁊ malum, ⁊ saltem ei dubium esse periculum mali: Quia quīn habet conscientiam veram, ⁊ saltem moraliter certam, sed de honestate actus dubitat, ⁊ mali suspicionem habet, ex ipsi de periculo peccandi; ergo peccabit. Hæc

Quæritur 3º An Conscientia erronea, possit esse malitiæ moralitatis?

Dico. Conscientia invincibiliter erronea, quidem per se, sed per accidens potest esse regula bonitatis ⁊ malitiæ. cui agendo se conformare debetur, Verum Cons: vincibiliter erronea, ita ut agendo contra Conscientiam invincibiliter. ⁊ vincibiliter erronea peccat equidem gravius ⁊ levius, prout Conscientia dictat; quia contra utram agendo putat se peccare conformando autem se, Conscientiæ erroneæ excusatur a peccato, si sit invincibilis. ⁊ vo si sit vincibilis. quia ignorantia vincibilis excusat a peccato - ⁊ vero vincibilis.

Hinc 1ºm Judicans per conscientiam invincibiliter, ⁊ vincibiliter erroneam tenetur ad salvandam innocentis vitam mentiri, ⁊ mendacio peccat quia putat, se peccare, peccat quoque mendacio, si ignorantia sit vincibilis, ⁊ vero, si sit invincibilis. quia invincibilis excusat a peccato

non vō venialis. 2do Judicans de subpeccato obligari audi
missam, et simul manere apud agrotum, quod minus peccatum ap
ret. eligere debet, si ita perpleaus esset, ut hac de causa nequeat,
nec alium condolere possit, vt peccet quidquid agat; quia nō est mortaliter
3o Agendo contra conscientiam erroneam dicentem id, quod est mise
esse malum, nō cogitando de quo specie, peccat saltem contra obedi
am; quia nō potest illud apprehendere ut malum, nisi in confuso. Sal
apprehendat ut contrarium legi; et mortaliter, si illud apprehendat s
tem confuse ut aliquid grave, quia de expost periculo peccandi mo
lidi; et venialiter, si ut aliquid leve.
4o Decentiendo laicum, putando esse sacerdotem sacrilegium committit, ex
municatione tamen, nō incurrit; quia ratio sacri legis est salus ani
ma in intellectu exante, vt vō in quo eterno.
Hinc 1mo Tenetur confessarius monere penitentem, 1o quando putat, m
tale, quod nō est, arg: Clericum putantem se teneri sub peccato mortal
interesse vesperis diebus Dominicis, vt audire missam in die Cinere
vt abstinere a potu, ad refrigerationem in die jejunii sumpto, vt peccet
putantem, plures in matrimonio ipsa esse mortalia, quia tamen nō
venialia, vt nullus sint peccata, quia licet ea mente forte frequent
venialiter peccent, minus tamen malum est, quam venialem mortal
2o Quando penitens laborat ignorantia invincibili, existimando licitu
quod peccatum est, vel dubitet, vel confessarius a penitente nō tan
tur; quia ut Doctor tenetur interrogantem instruere, ne pe
etiam si nulla sit nulla sit spes emendationis, quia invincibiliter
ignorans agit: ac nōn monitus peccat, nec capax est absolution
tum.
Quando laborat ignorantia etiam invincibili. si spes sit emen
tionis nec periculum majoris mali, vel si nulla spes sit emend

emendationis error tamen vergat in prejudicium boni communis
ut si sacerdos invalide ordinatus celebret: vel si cedatur Sacra-
dalium multorum, ut si ignoranter Hostes daceat, vel damnum
Tertium ut si medicus ignorantia invincibili medendo mortem causet
vel si sint necessaria necessitate medii. ut misterium Sanctissimæ Trini-
tatis, et incarnationis, quia non sit capaces absolutionis, et de ad
mentes ec remorsu conscientiæ, ac clericorum vita emendatio facilius
reperatur speratur:

Hinc 2dum Penitus cendetur laborare conscientia invincibiliter errones
1o si sit timorata conscientia. 2o si cognito errore, soleat contri-
stari, et non amplius peccare: 3o si nullum dubium, vel scrupulus
præceperit. If si res ignorata, sit Juris humani vel positivi, vel natu-
ralis circa conclusiones remotas: E contra vero censeturvincibiliter
si sit laxioris conscientiæ, ac criminibus deditus, si aliquod dubi-
um, vel scrupulus præceperit, non datis prudenter resolutus. Si res
ignorata sit circa 1as ipsius, seu præceptas earum conclusiones.

Hinc 3tium Errorem potest degenerare seguendo decisionem confessarii vel
Superioris, non tamen tenetur illam sequi, si parem, vel superiorem
ipsis noverit se habere conscientiam; et si sint illiterati et ipse
literi, sequi possunt communem timoratorum praxim, virorum docto-
ac prudentis consilium: Sape enim vir aliter adjuvare possunt.

Quæritur 2o An illa regula: Melior est conditio possidentis, Salum
valeat in materia Justitiæ?

Dico Regula Juris: In dubio melior est conditio possidentis, Salum valet
in materia Justitiæ ad prudenter deponendum dubium positivum
quia Salum in materia justitiæ, alia ratione regula præsumtionis
adjuvatur: res enim apud Seium, et in alienum Dominium, ut
proprie servari debet, non valet in alia materia, quando posses-

possessio stare videtur, pro libertate, Sed ex neutra parte stante prae-
sumptione tutior pars est eligenda, quia exeunte dubio positivo in ac-
dente praesumitur, in stat possessio rei ipsa pro libertate magis,
quam pro lege; Nam juxta dicta Juris: possessio stat qua pro lege.
quando lex est certa, et incertum, an sit in molesta: Et stat pro liber-
tate, quando libertas est certa, et incertum, et dubium ē, an lege vel voto
obligetur; atqui occurente dubio positivo, an voverit castitatem, vel an
lege Jejunii obligetur, libertas non est certa, Sed dubia; dubitando an
voverit castitatem, dubitatur, an habeat libertatem nubendi, du-
tando, an lege Jejunii obligetur, dubitatur, an libertatem ei jeju-
nandi habeat; Ergo possessio in stat pro libertate, Sed potius contra
ipsam praesumtio; quia nemo dubitare solet, quando certa est liberta

Quaeritur 6m An Conscientia dubia Sit morum regula?

Dico, Conscientia dubia non ē morum regula, et ea non prudenter do-
sita, operando peccat; quia agit ex fide, id ē cum perstrasione ho-
talis actus, et se periculo peccandi exponit: Dubium autem
juxta Sequentes regulas dijmendum est, 1m quando dubium ē ma
negativum, et adhibita debita diligentia nulla apparet ratio
Sciendi de illicitate actus, tanquam male fundatum de jure dbo
Innocentiae 2m In dubio positivo melior ē conditio possi-
tis in materia justa. Regul. 65 Juris. 3m pro ea standum, pro q
stat praesumtio, pro contrario stat praesumtio, quae veri similius
ut plerumque fieri consuevit: Regul. 25 Juris.
4m Si vel neutra parte stat praesumtio tutior pars ē eligenda, te
in dubio Tanneti.
5m Inferunt Authores in materia Justitiae, 1m Si facta debit

inquisitione dubitetur an agere bona fide possessus sit proprius, presumitur proprius et pro retinente, quia presumit, esse possidentis, si notabiliter probabilius sit, esse alienum, debet restitui, v saltem pars precii, pro qualitate dubii, quia nē parcitur big causa, quem equalitatem regula juris supponit, et plus debetur possessori probabiliori, quam probabili: Apud Paulu Lugdunensem. 2do dubitans an debitum solverit, si sit certum, tenetur totum solvere, quia possessio stat pro debito; si vero creditor dubitet, tenetur ad partem pro ratione debiti. Lajman. et alii. 3o certus vero de gravi culpa Theologica, et dubitans, an inde mors, v damnum sit secutum, tenetur restituere cive damnum Sanc. et alii. quia certa ē actio injusta, sic Jacius Laterensis dubitans, an causa fuerit efficax latrocinii, v suo silentio acciderit, tenetur restituere: Paulus Lugdunensis. Et censetur inveri censetur, R. Gervasius et alii. quia actio dam nosa ē certa et presumitur damnum 4o Princeps dubitans de justitia belli defensivum, n vo offensivum moderne pos: Paulus Lugd: Quia juste jus suum tuetur, quod possidet, nec juste alterius adgreditur, quia ratione possessionis melius ē.

5o Si inter duos dubitetur, quis eorum sit Pater, tenentur ambo plus dicere, quam pauper: R. Gervasius; quia minus gravat, et deficiente uno tenetur alter in integrum, R. Gervasi: et alii. Quia conditio utriusq ē equalis.

6o Fraudem Lucrosos auctos, tenentur illos restituere, si alius, qui perdidit, non lucratus fuisset, tenetur ad alios n, si sit dubium nihil tenetur ultra n. Pater Gervas et aliqua conditio ter

7° Dubitans, an præceptum Superioris sit de re licita, an vg: Bellum sit
Justum, teneatur obedire, et ducem sequi, Sanchez et alii, quia præ-
sumitur præ Superiore, 8° Dubitans an votum possit dici nevit
o. teneatur illud dare. Paulus Lugd. et alii, quia defectus in præsumi
et malitia dubia de malitia debent in meliorem partem interpre
tari. Cap: de Sentej. et Jud. et Leg. Semper in dubio. 9° Dubitat
an filii sint legitimi, habentur legitimi, et possunt ordinari Ind.
Tamburc et alii; Non possunt tamen ad hereditatem concurrere,
existente professore certo, Tamb: nec exponi in hospitali habent si
legitimi, nisi Lege Principis, v. dispensatione legitimentur, quia
ordinarie illegitimi exponi solent, et præsumitur esse illegitimos.
Hinc 2dum
Cum Leges, dubitans dubio positivo, 1° an Lex etiam tot, v usu
sit recepta, teneatur eam servare, Paulus Lugd: Thomas ex Carmeg.
quia servanda est, v. dubitans. an sit abrogata v ab illa exigatur,
teneatur illam implere, quia lex certa, et abrogatio, v exemptio incerta
Dubitans, an legem qua certa, impleverit, vg. an officium Divinum
dixerit teneatur illud dicere, quia debitor certo an satisfecit. Solutæne
Dubitans an unum aut alterum. Salmum in offio dicere
potest se resolvere, dixisse, si alios eas dicere consuevit D. Gervasius
2 dubitans an 21 annum completerit, teneatur jejunare: Paulus Lugd.
Laurenti: Thomas ex Charmeg, quia servanda est, et libertas præsertim
dubia; dubitans an post mediam noctem biberit, in prejz communi
cave: nec dubitandi, an hora media, nactes sit audita, manducare
carnes in Sabbato, nec Comestionem carnis continuare die jovis
Paulus Lugd: quia tutius est: 3° Dubitans an delectationi
morosæ consenserit. Censetur in consensisse. Si timorate sit
conscientia, et ordinarie non consentire soleat.

secus si sit Laicq, et alias consuetice consueverit, quando Lugd: bona
crima ad alū, quia pro assueto stat praesumtio. 4ᵒ Dubitand
an censuram v irregularitatem incurrerit, benigniꝰ parcꝰ eligenda
est, B. Gervasius Lajm. et alū contra Tauneti et Tamm ex Charmes
quia odiosi sunt restringenda, excepta irregularitate ob homicidium
dium ex speciali lege; in Cap. ad audᵗ. de homicidio, si inimica
homicidium sit certum, et dubium, an suo consilio, v cooperatio
one sit secutum, Lajm. et authoꝛ citati; Eadem ley e meux
xunt; Casus dubū. Bullecens, ubi sunt receptꝛ B. Gervasius.
si tamen effect dubium positivum, poset quis se determinare, non
minus esse authoꝛes citati. si consulit dec Pendura, et dubitetur
de absolutione non censetur absolutus, Lajm. et alū.

Hinc 3ᵗᵘᵐ In materia votorum 1ᵒ Dubitand an voverit, teneatur
votum implere, nisi regula praesumtionis juvet; quia si antea
nihil dubū, v certitudo sit passus, v obligationem nō soleat
obliviscꝰ, v vovere non consueverit, recommendum nō videre
Tauneti. Si constet de voto, et dubitet de deliberatione sufficienti, praesumitur adfuisse: Ibidem. quia raro desit. 2ᵈᵒ dubitand
an sic v B. Jejunia voverit, teneatur ad 8ᵉᵒ Tauneti, Thomas ex
Charmes. quia tutius est, si quis voverit. Rosalium, dubitand an
5. v 6 decadum, teneatur ut alias solebat dicere, quia ita
intendisse praesumitur. Paulus Lugd. 9ᵒ Qui vovit se
nunquam accessurum ad feminam, et dubitatur, an de conjugali
v fornicaria accessu intellexerit. teneatur a conjugio abstinere
Paulo Lugd: Thomas ex Carmes, et alū: Quia pactiones
negative st malis semtis natura, et omnia possit se excludunt.
4 Qui vovit Castitatem, dubitand an perpetuam, teneatur ad
perpetuam, auctoꝛ mox citatus, quia ordinarie sic solet
intelligi, et secunius ff.

3o Quivovit Reli dubitans an intellexerit Professionem, teneatur profiteri Si Religionem ei convenire noverit P. Jesu et alia quae ordinarie sic intelligitur 2o Dubitans an vere fiote noverit, praemissa praesumit vere vovisse, quia malum praesumit 3o Dubitans an impubes voverit Religionem, potest se submittere visitationi, a Patre vel tutore pacte, Lajus quia ab dubium subditi non privatur Superiore sua authoritate, quia est certa,

Practice 1o An Conscientia Scrupulosa, vel lata sit regula morum?

Dico. Nec Conscientia Scrupulosa, nec Conscientia Lata sunt regula morum, quia ambae sunt improbabiles et fatuibus innixae rationibus, teneatur Scrupulosus Scrupulum, Sumptum per judicium practicum de illicitate actus levibus innixo rationibus, deponere, et contra timorem junctum cum Judicio practico, de licitate actus agere, et quidem aliquando sub peccato gravi, quando nimirum periculum est imminens, vel Causa gravium peccatorum, quia malat ita gerat quilibet praecavere tenetur,

Hinc 1o Si penitens sit Scrupulosus circa Confessiones praeteritas, Confessarius earum repetitionem non admittat, nisi certum defectum deprehendat: 2o Si sit Scrupulosus circa Confessiones praesentes non credidit, Confessarius eum non plenius audiat. 3o Si sit Scrupulosus circa agendis, Valendo Judicium practicum de illicitate actus fatuibus innixum rationibus et Confessarius injungat, ut illud deponat, et in agendis non mortale credat, nisi certo sciat,

4o Si sit Scrupulosus, Valendo quidem Judicium practicum, de licitate actus Sed tamen junctum cum timore, illud sequatur.

5o Si alias Confessarius detegat, Scrupulosi causas illas removere, et media convenientia adhibere satagat; nunquam enim a Sacramentorum usu deterreat nec sed potius Compassionis

cum

cum arcto severitatis ita conjungat, ut agnotus Semetj; etiam
caveat, ne ad alium extremum lacitatem nimirum transeat.
Inquiritur 8vo An, et quando Conscientia probabilis sit Regula mor? ?
Dico. Conscientia, seu quicio probabilis v habens probabiliorem, v probabilem
sibi oppositam favorem legi et regula morum, et potest eam quis tuto sequi;
quia et moraliter, et probabilitur certa, qua certitudo probabilis juxta S. Thom
Sufficit in moralibus. Non vo est, licitum, sequi opinionem probabilem
favorem libertati, cum agitur de peccato committendo, in concursu pro-
babilioris, v aque probabilis favoris legi; quia n licet facere, quod proba-
bilius, v saltem probabiliter malum est, nec se exponere periculo
peccandi; Licet tamen sequi probabiliorem favorem libertati, in
concursu probabilis favoris legi; quia e verior, etiam modo n agat
de valore Sacramentorum, v medius ad salutem necessarius secundo de
medio, quia in re tanti momenti tutior et preferenda, Ing. 17m
Damnitur Prop. 1a. quia probabilitas n tollit periculum damni, bene
autem in aliis materiis Speplet.
Hinc Quando Diversa occurrunt opiniones 1o Pacte tenendum coram Deo
ponderare rationes pro utrinq; eadas, et extrinsecas, et probabilius v
tutius sequi: 2o Mediocriter doctis consulere Viris Sanctis, ac pr.
etate graves, nec lacticos, nec rejudicios, moralis Suspectos, v
auctores evaluere, et cum quam communem opinionem eligere
v si in diversas abeunt partes, tutiorem amplecti.
3o Illiteratis, ac Plebei Posunt Parochi, a Confessione authoritate,
Seepe etiam communem temeratam praxim sequi; quia in talibus
solis vix alio modo dictamen conscientiæ practicum formare pot.

Tractatus III.

De Peccatis.

Hic tractatus Dividitur in quatuor questiones. 1a de peccato
in Communi.

2ª de peccatis in particulari. 3ª de peccatis capitalibus
4ª de Peccato originali.

Quæstio I.ª

De Peccatis in Communi.

Quæritur 1.º Quid et quotuplex sit peccatum?

R: 1.º Peccatum definitur a S. Augustino factum, v. dictum, v. concupitum, contra legem æternam; Subintelligitur facti, v. dicti, v. concupiti ordinati; et Dividitur 1.º in originale, quod alienæ voluntate, nempe Adami commissum est, et per generationem in posteros transfunditur, et in personale, quod propriâ peccatis voluntate committitur.

2.º Personale Dividitur in actuale, quod est ipse actus, v. omissio deformis regulis morum, et habituale, quod est macula ex peccato, actuali in anima remanens.

3.º Actuale ulterius dividitur 1.º Ratione præcepti in peccatum commissionis, quo quis præceptum negativum, seu prohibens transgreditur, ut luxuria, et omissionis, quo præceptum affirmativum, seu præcipiens violatur, ut omissio Missæ in Dominicâ; 2.º Ratione causæ, in peccatum infirmitatis, quod procedit a passione antecedente, voluntatem ad Consensum trahente; et ignorantiæ, quod ex ignorantiâ culpabili voluntariæ, et malitiæ, quod ex plena libertate absque ignorantia, ex passione committitur. 3.º Ratione modi, Dividitur in peccatum cordis, quod est natura sua, in corde consumitur, ut odium; oris, quod ex ore perpetratur, ut perjurium; et operis, quod opere externo perficitur, ut fornicatio; 4.º Ratione objecti Dividit in peccatum contra Deum, quod Speciatim reverentiæ Deo debitæ opponitur, ut blasphemia; contra proximum, quod proximo nocet, ut homicidium; contra seipsum, quod ordini rationis, v. certæ, seu gubernatio violatur.

ebriet[illegible]

5ª Ratione affectus, mortale, quod graviter Deum offendit, et mortem animae infert; et veniale, quod Deum leviter offendit, quo cum vita animae et gratia Sanctificans consistere potest; quorum alia sunt venialia, ex levitate materiae, ut levia furtum; alia ex imperfecta deliberatione, sit pollutio in somno dormiente contum. actu, alia ex natura sua, ut mendacium Iocosum, v officiosum.

4ª Alia sunt in Coelum Clamantia, quae praeteritis Divinam vindictam provocant, quorum sunt 4or. Homicidium, Sodomia, Oppressio Pauperum, Mercedis operariorum defraudatio, alia in Spiritum Sanctum, quae ipsius donis specialiter repugnant, et sunt 6. praesumptio, desperatio, impugnatio agnitae veritatis, invidia Fraterna Charitatis, obstinatio et impenitentia finalis. alia sunt Capitalia, quae aliorum peccatorum sunt radix et causa impulsiva, et sunt 7 nempe Superbia, Ira, avaritia, Invidia, Acedia, Gula, Luxuria, et haec dividuntur in corporalia, quae consistunt in aliqua delectatione corporea, ut Luxuria, et Gula, et Spiritualia, quae Spiritali voluptate consumuntur, ut Superbia, et reliqua Capitalia;

5ª Denique dividitur peccatum in Specie diversum, cujus malitia, seu deformitas ad legem et rationis essentialiter diversae, ut furtum, et adulterium, et numero diversum, cujus malitia et ejusdem naturae cum alio, ut duo adulteria.

Quaeritur 2do in quo consistat ratio formalis peccati, et andetur peccatum Philosophicum?

Dico, Materiale peccati est ipse actus humanus formaliter seu malitia est ipsa repugnantia illius cum lege aeterna; Unde Ratio formalis peccati non consistit in aliquo positivo, alias Deus esset illius author; sed consistit in sola privatione conformitatis cum lege aeterna, quia ea posita recte intelligitur peccatum committere et omittendo; nec datur peccatum mere philosophicum, quia peccatum

Recto rationi adversatur, non vero legi aterne, quia nemo potest agere contra rectam rationem, quin agat contra legem aternam per dictamem recte rationis intimatam;

Hinc infertur, nullum esse ita barbarum, qui cognoscens se agere contra rectam rationem, non timeat entis alicujus, Supremi punitionem, et agnoscat saltem confuse, et implicite, se sinul agere contra aliquam legem, Supremam Naturæ rationali impressam, quæ est lex aterna

Quæritur 2° qualem peccata inter se habent connexionem, et unde inæqualitas essentialis desumatur?

Dico Non habent omnia peccata connexionem inter se, nisi generalem rationem finis legis, quæ est Charitas, et offendens in quocumque aliter eumdem actum ratione finis, fit omnium reus: quia omnium tollit finem; nempe Charitatem habitualem, non vero Specialem habent connexionem, quia unum sine alio potest committi, licet ordinarie plura soleant inter se uniri; nec omnia peccata sunt æqualia, quia magis, minusve regulæ morum sunt deformia;; inæqualitas eorum essentialis desumitur ab objecto, et circumstantiis, Speciem eorum mutantibus; accidentalis vero ac circumstantiis malitiam intra eandem Speciem aggravantibus, vel minuentibus, et augetur, vel minuitur malitia prout majori, vel minori virtutis bono opponitur, magis per defectum quam per excessum.

Nec 1° Cum Superbia inveniatur ordinarie in invidia, tristitia de bono proximi, gaudium, vel desiderium de illius malo, aversio, detractio, vituperatio, &c. 2° Cum fornicatione pollutio, procuratio aborsus, seductio &c. cum furto desiderium, vel propositum novi furti, 3° Cum ebrietate præcipue in potina omisso, turpi loquium, blasphemia, projuratio, domorum familiæ dissipatio, otium, desidia, negligen

5° cum ira imprecatione, imprecationes, scandalum voluntas videndi, aut videndi, damnum proximo illatum, diuturna animi prolatio, ignorum communium dilectorum et specialium erga superiores omissio, debiti conjugalis negatio, 6° cum avaritia omissio v negatio eleemosinæ debita, modus lucrandi illicitus, et in Ecclesias, tias effectus simoniacus. circa functiones sacras, scandalum &c. de quibus nunquam pœnitentes examinandi sunt;

Hinc 2dum Peccata secundum suam speciem, et essentialiter gravora sunt.
1° = contra Deum, sic blasphemia gravior homicidio ratione objecti, n vo damni. 2i homicidium gravius e facto; quia vita e notabilior aliis bonis. 3° = peccata contra publicas personas, ut superiores, sunt graviora, quam contra alios, sic Regi debitum longe gravius e, quam privati. 4° = Peccata opposita virtutibus perfectioribus, et opposita per defectum sunt graviora; quam per excessum, sic desperatio e gravior, quam præsumtio; avaritia gravior, quam prodigalitas. 5° = Spiritualia sunt graviora, per se quam carnalia, per accidens tamen ratione pericul, consuetudinis difficultis emendationis, possunt carnalia esse graviora, v saltem salutis majis nociva.

Hinc 3tium = Gravitas accidentalis augetur intra eandem speciem,
1° = ex circumstantia, actus peccaminosi; sic graviora sunt actus peccata malicia. Quia filius majori libertate, intentione, & quam infirmitate, ignorantia, v metu; 2° = Circumstantia personæ peccantis, sic peccata personæ in dignitate sunt graviora ob majorem quam eandem habere. Scientiam, et virtutem, obmajorem ingratitudinem erga Deu, ob majorem deformitatem status perfectioris, ob malum exemplum et majus scandalum, sic etiam in Eppo. fornicatio in Sacerdo, Concubinatus in Principe &

sunt longe graviora quam in aliis.

3° Ex circumstantia personae, in quam peccatur, quo pertinet ad objectum, et speciem peccati, de qua supra.

4° Ex circumstantia momenti. Sic dicere mentiendi sunt, graviora, quam mendacere in causa mihenti. Sic provisi vi posse ex causa Senati. graviora, quam non provisi; ex culpabili negligentia.

Vigna, Genus, Varia, Speciem, Numerum, Sejungit.

Quaeritur 4. Unde desumatur specifica distinctio peccatorum?

Dico Distinctio specificata peccatorum, non repetenda, a pluribus praeceptis materialiter diversis, quia non causant diversitatem, speciei diversae; sed iidem, vi plures actus, sunt plura specie peccata quando opponunt pluribus praeceptis formaliter diversis, vi eidem praecepto, modo specie diverso, quod sit quadruplex, nimirum.

1° Quando eidem, vi plures actus opponuntur diversis virtutibus.

2° Quando opponuntur, diversis eisdem virtutis functionibus.

3° Quando eidem virtuti diverso modo opponuntur semper contrarie per excessum, vi defectum, 4° Quando eidem virtuti diverso modo non contrario opponuntur, quod sit, cum aliquis possit se praebere diversam rationem formalis, quin sit ad aliud, quod ex quadruplici hac oppositione nova, et specie diversa oritur disconvenientia, ad rectam rationem: Praecepta autem materialiter diversa sunt, quae eandem, sub eodem motivo percipiunt, vi prohibent; et praecepta formaliter diversa sunt, quae eandem diversam, vi eandem diverso motivo percipiunt vi prohibent.

1° Unum item Specie peccatum omittit, qui Jejunare debet feria 4° 6° tempore in quam mendo vigilia S. Matthaei,

v. Non audiens Missam in Dominicam, in quam cadit festum Adventio-
nis D. N. Jesu Chr. v. exercens Usuram Lege naturali, Divina Ecclesiasti-
ca, et civili prohibitam, licet diversis penis, diversa ministrans, et
temporali corporali, et Spirituli prohibentur, Sacrileg; quia Salus
praeceptis materialiter diversis, Idem et eodem motivo praecipi-
entibus, v. prohibentibus opponuntur; Sic Blasphemia contra diversa
attributa n. differunt Specie; quia eodem virtuti Religionis,
ac eidem illius finetenus, reverentia nimirum Deo debita oppo-
nuntur; Sic duo furta pecunia, et equi n. Specie differunt; quia
eidem virtuti justitiae, et eodem modo opponuntur, Saltem ratione
objecti formalis, quatenus et ablatio rei alienae invito Domino.
quantis in objecto materiali, possit esse diversitas, et quis esse praeceps.
ad finem pecunia quia sito ad finem equi, Sic frangens votum
Castitatis. Sepius reiteratum unum Specie committit peccatum, quia
contra eandem virtutem, nempe castitatem reiteratur:
Hinc. 2um Deus committit Specie peccata, In observans Jejunium, Missae
ab Ecclesia, et a Confessario praeceptum, propter diversa motiva, tempe-
rantia et penitentia. 2o Sic Frater Mendicans n. Jejunans Die Veneris
incidente in aliqua vigilia, v. quadragesima, duo committit peccata, juxta
communiorem Doctorum ordinis Sanctae; quia praeceptum Ecclesiae
et obligatio voti in diversa fundant; motivo Religionis, et temperantiae,
et sic formaliter diversa. 3o Impietas, desperatio odium Dei, Super-
stitio Sunt plura Specie peccata; quia diversis Specie virtutibus,
Dei, Spei, et Charitatis, ac Religioni opponuntur; Sic praecipio Deo
ci est dupplex Specie peccatum, quia licet animus sit actuali; diversis
opponitur virtutibus nempe Justitiae et Religioni: 4 Idolatria
Superstitio, Blasphemia Specie differunt, quia diversis Specie limi-
tibus ejusdem Rel virtutis Religionis opponuntur; ejus primus et
primum Deum colere: cultum illegitimum vitare, 2o reverentiam
erga Deum praestare: Sic odium Dei, et omissio actus Caritatis

Cum præceptum obligat, sunt duo Specie peccata, quia duabus virtutibus Charitatis timentibus, seu obligationibus opponunt; cujus gr. Deum certo tempore diligere, et nunquam dixisse; Sic in die Jejunii. Secundum vesperam refectionem in cœna, duplex committit peccatum; quia contra duas ejusdem præcepti, obligationes agit Specie diversas.

5to Prodigalitas, et Avaritia; desperatio et præsumptio Specie differunt, quia eidem virtuti Liberalitatis, et Spei, sed diverso modo contraria per defectum, et excessum opponuntur; 6to Furtum, rapina, Detractio, Homicidium Specie distinguuntur; quia eidem virtuti Justitiæ. Sed modo diverso. Sic licet in contrario opponuntur; quia licet in quis proclivis ad furtum, quia sit ad vi rapiendum, ad detrahendum, quia sit ad accidentalem. Sic volens et Jurans audire Missam Dominicalem Triplex committit illius omissione Specie peccatum, quia licet eadem omissio eidem virtuti Religionis, diversa tamen modo in contrarium opponitur non exhibendo cultum debitum Deo, frangendo Deo fidem, per votum promissionem, et Deum testem falsum offendendo per perjurium.

Inducitur 5to Unde desumatur Num Distinctio numerica quæ peccatorum?

Distinctio numerica peccatorum, desumitur, ex sequentibus regulis.

1mo Peccata sunt Num diversa, quando Specie differunt; quia quæ Specie differunt in plus sunt esse unum numero. 2do quando opponuntur legi æterno, modo numero diverso; quia Num diversa inde oriuntur deformitates, ad rectam Rationem: quæ proprietas Num diversa est. 3tio quando idem actus, tendit in plura objecta, fines, in circumstantia numero Solum diversas, ut plura Sit. Ita ut cujus libet Jus speciale, oriatur a 2do quando Sunt plures actus in Solum Physice, sed etiam moraliter; Si autem plures actus moraliter, quando quilibet actus habet Suum terminum Sive sub ordinatione ad alium, in quando Si.

moraliter

moraliter interrupti, qua interruptio fit tripliciter: 1m per revocati
omen priores actus per penitentiam veram, v voluntatem contrariam:
2m per cessationem voluntariam, v compressionem ad aliud incompossibile cum
priore actu: 3o per oblivionem, v naturalem distractionem aut
oblivionem satis magnam, ita, ut quis a priori actione cessasse, et ali-
am incepisse prudenter judicetur, quando nimirum nec memi-
nit nec aliqua effectus seu actionum series, v moralitas continuata
Tamen.

Hinc 1m Furtum et Homicidium Nre differunt saltem aequivalenter
quia differunt simul specie: 2do uno actu moroso de duplici
fornicatione se delectans, duo contrahit Nre peccata:
3o uno actu v una veneni potione, plures occidens, v uno actu
plures odio habens, v eodem sermone, v actu tenui, pluribus sem-
dalum praebens, v eodem actu Rmi Apostolis blasphemans, v
pluribus, seu toti familiae etiam Religiosae, etiam eodem actu
detrahens v 100 auceos ad centum pertinentes, simul auferens
plura vel totidem contrahit Nre peccata, quia idem actus potest
in plura objecta, ut plura sit. et hujusmodi das specialem doctrinam
etiam in detractione totae familiae Religiosae in minori, ac in
illius occisione Tamen.
4o Conjugatus cognoscens alterius uxorem actu eodem duo Nre contrahit
adulteria, quia ratione cir personarum ligatarum cujus libet
duo proprium nimirum uxoris et mariti adulteri leditur.
5o Quinquatus ad fornicandum cum tribus monialib. praeter furtum
3 numero fornicationes ratione finis et 3 ria numero sacri-
legia ratione circumstantiae personarum sacrarum contrahit.
